

perdices, phasiani, aues montanæ, & non aquatice, neq; proximæ partui. Vinū non sit acetosum, in cibis decoquantur \* genera sumach, cum tantillo cinamomi, quod illud corroboret & astrinagt, \* hoc maximè confortet totum corpus, auctore Galeno lib. 8. *gen. r. 11. 11.*

*Hor Consilium  
columpla  
nō ob quo  
sup. Conf.  
Aug  
pag. 509*

*De fluxu ventris periodico.*

Magnifica Dómina patitur symptomā simplex, estque fluor alui, qui tamen non est continuus: sed modò per tres dies, modò per quindecim, B modò per mensem, quandoque, vt nunc, tribus diebus non egerit, hodie tamen fæces liquidas egesit, & sic ægritudo duravit sex annos. Non autem curabitur, nisi cognoscatur, vnde proueniat hic morbus. Inuestigandæ igitur causæ huius morbi. Non faciam catalogum, quot sint genera fluxuum.

Primo verò supponam, quod hic fluxus non procedat propter defluxum descendente à capite, & irritatam aluum, quia nullo catarrho infestatur. Nec à toto corpore hic fluxus demanat, is enim diarrhoea dicitur, & fit cum dolore intestinorum, quod hic non fit. Relinquitur ergo, quod sit ratione viscerum inferiorum, ventriculi, hepatis, lienis, intestinorum, & horum vel omnium, vel aliquorum. Ponam vnam conclusionē ut ordinatè procedam, eamque signis Pathognomonicis probabo. Credo, quod dependeat à ventriculo hic fluxus principaliter, & deinde etiam adiuuet aliqua dispositio in hepate, & postmodum in liene: intestina nihil faciunt, nisi quod continuo hoc fluxu reddita sint imbecilliora, quod fit in omni ferè fluxu: quoniam debilitata non possunt amplecti, sicut cōuenit, nec bona fit retentio, sequitur fluxio alui. Hic siue fit exiccatio, siue aliud, necessariò est intemperies: apparent enim aciditas in eructatione, quod significat ventriculi frigiditatē, quia abundat pituita, quod appetet ab egestionibus. Sed qualitates palseiæ nō facilè deprehenduntur, simus cōtentī de actiuis. E Intemperies ventriculi est, vel quia ipsius ventriculi substantia frigidior sine affluxu materiae: talem hic esse nego, quia vbi est fluor alui ob talē intemperiem frigidam, appetet chylus non bene concoctus, quod hic non fit, tantum pituita plurima apparuit. Præterea si esset ob frigiditatem, ex quo substancialiter inhæret, perpetuò hæc esset, & cōsequenter perpetuò hic fluxus duraret. Alia est intemperies ob affluxum materiae, atque eam hic esse dico. Ex affluxu enim materiae frigidæ, & F humidæ, quæ imbibitur intra tunicas, & propter presentiam huius affluxus, tunicae ventriculi nō possunt suum calorem ventriculo communicare, vt bona fiat concoctio. Et si debet ventriculus rectè amplecti cibum, oportet vt mediocriter se habeat inter humidum & siccum. Si enim humidior, nō retinebit propter nimiam lubricitatem: si siccior, non aptè amplectitur: & Galenus tertio de causis symptomatis, dicit: Vbi ventriculus non bene cōtinet, percipitur flatus, rugitus, grauitas, & dolor ventriculi. Quod hic percipitur grauitas per se, significat cibum non bene cōtineri in ventriculo: rugitus significat idem, &

A præterea calorem esse diminutum. Sequitur deinde, vbi materia est imbibita intra tunicas, vt & appetitus destruatur, hæc enim facit ratione suorum vaporum ab ea ascendentium, vnde os amarum est, vt cibum naufeat. Vbicunque ergo non bene appetitur, cōsequenter non bene continetur: deinde non trahitur ad alimentum, quia calor circumstantium partium est quoque diminutus. Hic itaque fluxus est, & cuiuscunq; generis sit, calor habet plurimum, tamen cinerit, ob frigiditatē: vbi verò plus accedit putredinis, fit cœruleus: Galenus tertio De facultatibus naturalibus. Si considerainus humores secundum naturam, sunt quatuor: si secundum putredinem, quæ est præter naturam, nec à natura regulatur, sunt infiniti. Hinc quoque percipitur tensio ventriculi, quandoque hæc materia intra tunicas tumescit, quandoque non, tunc scilicet, cùm hæc materia est in profundo. Credo itaque principalem caussam huius defluxus esse intemperiem frigidam ventriculi, ob materiam affluentem, quæ hanc materiam fouet. Hæc pituita continuo sive netur per sex annos, quod vix fieri posse videtur sine ipsius ventriculi intemperie. Non nego hic esse aliquam intemperiem ventriculi, sed non tantam, quæ immediatè causa sit huius fluxus. Primo audiuius quod habuerit plurima accidentia animi, quibus molestatur, quod maximè destruit calorem naturalem, & multiplicat tales humores omnes, quibus intumescit splen, & fuit D hydropici, quia ob vicinitatem hepar refrigeratur: & quia hic sunt signa abundare humor melancholicum, hinc etiam ob membra adiacentia ventriculo hic humor congregatus est. Quidam contendunt hunc fluxum esse hepaticum, & hepar habere dominium in hoc defluxu: vel propter obstructiones, vel ob intemperiem, vel ob solutionem continui, sive fluxus hepatici. Dicunt hunc fluxum non esse ob intensum hepatis calorem, quia Galen. *gen. r. 11. 11.* dicit, in tali casu apparere fæces, vt in fluxu colliquatiuo, quasi cibi & carnes colliquatae, quod hic non appetet. Dicit præterea Galenus, vbi infrigidato hepatis fluxus hepaticus, appetet diminuta sanguinis coctio, & aquositas, nec bene à venis attrahitur, sed regurgitat ad ventriculum, & fit vomitus sanguinis, quod quidem hic non est factum: ergo nō est fluxus hepaticus, neque ob intemperiem, aut propter obstructiones hepatis. Itaque planè credo hanc pituitam in ventriculo collectam, obtrudere venas inter ventrem & hepar, hinc ob pulsantes ibi humores varij coloris fæces apparet. Et quidem hic hepatis calor magnus, quod appetet ex urina coloris aurei, & granulis referata, non tamen tantus est calor, vt faciat fluxum colliquatiuum. Vtrum modò splen concurrat? Patitur mores animi: hinc collecti humores melancholici, qui etiam in egestionibus appetuerunt, nec esse potest, quin affiliatur splen affecto hepate, & ventriculo. Non est hic fluxus stomachicus: hic enim est ob intemperiem malum ventriculi. Est ergo hic fluxus ob humorem imbibitum in tunics ventriculi: quando hic humor resoluitur, cessat fluxus. Habet omnes operationes